



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Mirabilis Vita Venerabilis Virginis Marinæ De Escobar Vallisoletanæ

Deprompta ex ijs, quæ ipsamet jussu Patrum suorum Spiritualium
consignavit

Vitæ Venerabilis Virginis Marinæ De Escobar. Pars Prima

Puente, Luis de la

Pragæ, 1672

Leopoldo Romanorum Imperatori Semper Augusto, Pio, Felici, Pacifico;
Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ, & c. Regi
Potentissimo, Serenissimo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38580



LEOPOLDO
ROMANORUM
IMPERATORI
SEMPER AUGUSTO,
PIO, FELICI, PACIFICO;
GERMANIÆ, HUNGARIÆ,
BOHEMIÆ, DALMATIÆ, CROATIÆ,
SCLAVONIÆ, &c.
REGI POTENTISSIMO,
SERENISSIMO.

HISPANÆ Virginis Vitam Hispani-
cam, Serenissima Hispania-
rum Regina, sibi passa est, à suo
offerri Vasallo: patere Tu quoq;
AUGUSTISSIME ROMANORUM IMPERATOR,
eandem traductam in linguam Romanam,
TUÆ MAIESTATI, à subditorum TUORUM
minimo dedicari. Clementia TUA faciet, ut
culpæ sit expers dedicantis audacia, utque
à liber-

à libertate offerendi absit temeritas. Neque
metuere poteram, ingratum fore, AUGUSTIS-
SIMO FRATRI, quod SERENISSIMÆ SORORI
placuit: imò clementer excipiendum sa-
crum hoc munus, à SACRA TUA MAIESTATE,
non leve mihi fuit argumentum, quòd scive-
rim, in AUGUSTAS TUAS manus devenisse,
Vitæ hujus Librum Hispanicum, nec ambi-
gere potuerim, quin, ut probare sacra soles
omnia, TUÆ MAIESTATI placuerit. Audeo
igitur me ad Augustalis TUI fores, etiam
cum Latino sistere, eumque, TUÆ MAIESTA-
TIS gratiâ & benignitate fultus, TUIS, non
tam terendum, quàm protegendum poten-
tissimis manibus; & oculis serenissimis, non
tam lustrandum, quàm illustrandum, offerre.
Quod cum facio, atque TUA MAIESTAS ratum
habet, omni solutus metu, interpretationem
meam, Augustissimo TUÆ MAIESTATIS No-
mine illi præfixo, quorumvis Criticorum
obelis impetendam, non tamen expungen-
dam, propono. Videlicet (ut verbis Poly-
historis Lipsij utar) *sicut insignia Principum,
adibus, pratorijs, villis appendimus, contra vim & potentiam, sic
sacra eorundem nomina Libris, contra calumniam & livo-
rem, præfigimus. Neq; enim Principibus hic aliquid
queritur*

quaritur; non aliter, ac, cum DEO sacra facimus, & donum ponimus, nostrâ id fit, non ipsius causâ. Estis verò, Pij & Justi Principes, Dij & Divi, cum verum sit, quod præclarè AUGUSTORUM Principum Princeps AUGUSTUS, apud Senecam, dixit: *Pietate, nimirum, & justitiâ, Principes, Deos fieri.* Atque horum Principum Principem, TE, AUGUSTISSIME CÆSAR, censendum ille negaverit, qui nescit TUAM MAIESTATEM ex ijs esse, de quibus veterè illo diasyrnico dicitur: *Omnes bonos Principes in uno annulo posse perscribi;* in cuius annuli gemma, Tu scribendus es. Usque adeò rara est, & ab omni maligniore censura immunis, pientissimorum MAIORUM sanctitatis æmula, TUA Bonitas ac pietas: quam admirandæ istius Vitæ lætitatione confovere, auctiorémque reddere, non dedignaberis, Tibique sic Venerabilis MARINÆ demereri favorem; ut diu, & gloriosè, ex voto bonorum omnium, imperes. Est illa coeli ac D E I CLAVIGERA, quia tum à DIVO PETRO, tum ab ipsomet CHRISTO, aureâ fuit donata clavi, quâ coelestium, TUÆ MAIESTATI, pandet gratiarum gazophylacium. Filia spiritualis est meæ Societatis, quæ doctrinæ suæ, atq; institutionis lacte & pabulo eam enutrivit;

* 3

ideòq;

ideóque non poterit TUAM MAIESTATEM,
unáque AUGUSTISSIMAM DOMUM, munifi-
centissimam ejusdem Societatis nutritiam,
quàm benignissimè è Coelo non tueri: effi-
ciétque, gratiofo suo, apud DIVINAM
MAIESTATEM, patrocínio, ut hæc, MA-
IESTATEM TUAM, optatissimâ, universi
Christiani Orbis bono, secundet posteritate.

AUGUSTISSIMÆ TUÆ
MAIESTATIS

Infimus Servus

MELCHIOR HANEL, è Societate JESU.